



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

58 Regulares, quibus cura Monialium sublata fuit, illas in confeßionibus
audire non possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sterio, seu domo nimium distat, neque etiam hoc casu; si peculiaribus regulæ constitutionibus id vetitum sit: ullo modo comedere, refocillare, aut cibum sumere possunt, sub penas privationum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, ut in decreto sub die prima Aprilis 1590. facto, omnibusque procuratoribus ordinaria in Urbe degeantes intimato, *de quo in decisionibus ejusdem Sacra Congregationis manuscriptis circa siem libri.*

58 Nec possunt † regulares, quibus cura monialium sublata fuit etiam de licentia, & jussu Superioris Ordinarij illas in confessionibus audire, & ita ex mente Gregorij XIII. fuit à prædicta Sacra Congregatione decisum, *ut in prædictis decisionibus super eod, cap. 5. idem Gregorius XIII.* Cohabitatio autem, ac collocutio, Monachorum cum monialibus propter insidias Diaboli, est valde suspecta. *cap. disfinimus, cap. in nullo, &c. Monasteria, 18. quæst. 2.*

Sexto, omnia capita ordinum, ut quatuor Abbates † generales quatuor ordinum generalium, videlicet, S. Benedicti, Cluniacensis, Cisterciensis, & Præ non straten sis, qui omnibus Abbatibus præferuntur, ut per Cassan. in Catal. glor. mundi. par. 4. 31. confid. in princ. & etiam omnes alij Abbates habent ordinariam jurisdictionem in suis monasterijs, ita quod possunt subditos suspendere, interdicere, & excommunicare, *cap. quant. & ibi glo. penul. de off. ord. Abbas. in cap. eum ab ecclesiistarum. numer. 10. & num. 12. eod. tit. & Cassan. ead. par. 4. 22. confid. vers. quint. Abbates.* Eadem autem auctoritate ordinaria, vigore tamen privilegiorum

cum facultate, & auctoritate ordinatis concessorum primam tonsuram, & minores ordines subditis suis, in quibus quasi Episcopalem habent jurisdictionem, usque ad Lectoratum inclusive conferre possunt *cap. 1. & ibi gloss. unie. cap. 2. & ibi gloss. in ver. Lectoris. 62. dist. gloss. pen. in c. 60. Abbates. de privil. in 6. Calices † etiam patenas, vestes sacerdotales, cruces, & alia in quibus sit tantum verbalis benedictio, benedicere possunt, non tamen calices consecrare, ut ibi eadem glo. pen. vers. faciunt hec, nisi facultatem habeant ex speciali Sedis Apostolicae indulto.*

Septimò, Magnus † Magister Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani habet in suos fratres, & subditos ordinariam jurisdictionem cum mero, & mixto imperio *ut in Bull. Rom. Pij. III. c. 14. pag 657. §. nec non tunc*, cum facultate commendas, & alia beneficia conferendi, *de quibus infra: quam jurisdictionem habent etiam omnia capita Ordinum aliarum militiarum regulatium auctoritate Apostolica erectorum.*

Ordinariam jurisdictionem habent etiam vicarij † generales Episcoporum, Archidiaconi, & Archipresb. *ut tot. tit. de off. Vic. de offic. Archid. & de offic. Archipresb. & quamplures alij, sed, quia de singulis dicere, qui habent ordinariam jurisdictionem, pluribus esset agendum, cum non possit dari certa doctrina stante, quod sèpius per consuetudinem acquiritur, & amittitur, ut per Innoc. in cap. 3. numer. 3. de off. ord. alij omissis, queritur, nunquid Ordinarius possit allegari suspectus, & quis causam suspicionis admittere possit.*

63 Ordinariorum † appellatione hoc casu veniunt non solum Episcopi, sed etiam Patriarchæ,